capti estis in vniuerso mūdo et ceptrum regale a
uobis ablatū Nā vosipsi maledictionē super vos
dedistis Nā cuz pilatus dixit ad vos regē vestruz
crucifigā Vos dixistis regē nō habemus nisi cesa-
rem. et sic ymmo manifeste patz q̄d ille sāctus san
ctorū venit et nos omnes viuificauit Ipse eniz cot
tidie apud vos in tēplo erat docēs/ vos autez eum
non tenuistis. Et sic ymmo patet per prophetas
manifeste quod sanctus sanctoruz actu venit.

Iudeus dicit quare vos adoratis ymagi-
nes quod est cōtra preceptuz dei ¶ Ad hec
cristianus Quis putas tā stultus sit qui a
doret ymagines vel qui adoret ligna vel lapides
vel aliquā picturaz. ß ymagines tātuz informant
nos sāctos inuocare. et sūt exēpla vt illi qui scrip-
turas legere nō possunt in ymaginibus legant.

¶ Judeus dicit et quare tunc habetis ymagines
et facitis sculptilia. cuz tamē scriptuz ē Nō facietis
deos aureos ¶ Ad hec cristianus. Hoc vos facitis
et vsurarij qui habēt auruz et argētuz in quo cōfi-
dunt omnes auari/ Naz scriptum est simulachra
gentiuz argentum et aurum.

¶ Judeus dicit nescio quid vos adoratis ymmo
dominus deus nos plus diligit quaz vos. nam ex
hibitio operis est probatio dilectionis. ymmo do
minus deus trāsduxit nos siccis pedibus per ma
re ī firma securitate pauit nos ī desto quadragīta
ānis et inimicos nostros cōfregit et patres nostri


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG